

# GEBRI FILII AFFLA

HISPALENSIS, DE ASTRONOMIA LIBRI IX. IN QUI  
bus Ptolemæum, alioqui doctissimū, emendauit: alicubi etiam in-  
dustria superauit. omnibus Astronomiæ studiosis haud  
dubie utilissimi futuri. foeliciter incipiunt.

## LIBER PRIMVS

continens quædam elementa Geometrica, ad Astronomiã necessaria, nusq[ue]  
aliã obuia, sed ab ipso autore summa industria in lucem prodita.

### PROOEMIUM.



**S**CIENTIA species habet, quarū melior, post scientiam fidei, est, cuius  
scita fixa sunt, remanentia inalterata. & sunt uia perducētes ad scientiã  
eorum, uia necessaria, in quibus non est dubitatio, ducentes incedentem  
per eas ad ueritatem necessariam. Scientia itaq[ue] formæ motuum Solis  
& Lunæ & stellarum, & cognitionis orbium earum, & quod sequit inde,  
est scientia melior pluribus alijs, propter aggregationē modor[um] meliora-  
tionis in ea. Eius nãq[ue] scita fixa sunt, remanētia nō alterata, usq[ue] ad horã

in qua Deus illud præcipiet eis. Et uia pducētes ad sciendū ea, sunt manifeste necessariae.  
Peruenit ergo ad eam melioratio ex modis. Ptolemæus quidē Pheludensis aggregauit ea,  
quæ cōprehenderunt antiqui huius scientiæ professores ante ipsum, & adiunxit ad ea, illa,  
quæ ipse cōprehēdit post eos. & scripsit omnia illa in libro suo, qui nominatur Almagesti.  
& ipse quidē fuit nobis magni doni dominus, & maximæ munificentia largitor. Et factus  
est liber ille eius, cōprehendens oēs intentiones huius scientiæ. At uero est difficilis studen-  
ti in ipso, propter intentiones diuersas de quibus est, q[ui] ipse aggregat Scientiã & Operatio-  
nem. Quia fit necessariū ex uia operationis, multiplicare numeros quosdã in alios, & diui-  
dere alios per alios, & inuenire radices eor[um], & decenter præparare tabulas, quæ in operati-  
one exercent: quapropter prolongat liber, & diuiditur scientia in ipso, & permiscet cū ope-  
ratione, quare fit difficilis legenti ipsum. Et de eis est, q[ui] ipse utit in plurimo suar[um] probatio-  
num figura sectore, quæ est difficilis, & partitur in ramos plurimos, & diuersificatur in ea  
cōpositio proportionis uarietate extranea, quapropter fit difficilis aspicienti in ipso reme-  
moratio eius, & ipsius cōprehensio, & cōcludere ea, quæ concludunt ex ea. Et de eis est etiã,  
q[ui] ipse procedit in demōstrationibus suis secundū libr[um] Theodosij & Milei, qui ambo sunt  
difficiles & graues, ita q[ui] nō præparat quærenti & studenti cognitio eor[um], & exercitatio in  
eis & in figura sectore, in minore spacio unius anni integri, quare quandoq[ue] pigritat post  
illud, aut abscidit ipsum tempus ab introitu in librū. Et de eis est, q[ui] ipse abbreviauit ser-  
monē suū in locis pluribus, quia difficile sit intelligere ea, & hæsitat aspiciens in eo ambigui-  
tate maxima, ita q[ui] quandoq[ue] perducit eū illud ad pigritiã. Et de eis est, q[ui] propter per-  
mutationē interpretū ipsius de lingua ad linguã accidit in eo antecessio & postpositio uer-  
bor[um], & separatio inter intentiones eius, quod facit ambiguū lectorē, & hæsitare, cū nō pos-  
sit cōponere intētionem quæ sitas, ppter separationē ear[um], quare illud remouet eū qñq[ue] ab assi-  
duatione in aspiciendo. Nobis uero accidit ex amore huius scientiæ, & dilectione eius  
ppter res quas diximus, & ppter ea, quæ etiã ipse dixit in principio sui libri de rebus perdu-  
centibus ad amorē & studiū eius, quod duxit nos ad assiduandã considerationē in eo, & to-  
lerandum laborem & difficultatē accidentē legenti ipsum, usq[ue] quo peruenerūt ad nos per  
gratiã Dei, oia quæ comprehendit liber iste de scientia Astrologiã. Et non cessauī post il-  
lud assiduare considerationē, & continuare inquisitionē & cognitionē in eis, quibus pos-  
sibile